

- quo homine <hominum> adaeque nemo vivit fortunatior?
 HE. Quae illaec est laetitia, quam illic laetus largitur mihi?
 ERG. Heus ubi estis? ecquis <hic est? ecquis> hoc aperit ostium?
 HE. Hic homo ad cenam recipit se ad me. 830
 ERG. Aperite hasce ambas fores
 prius quam pultando assulatim foribus exitium adfero.
 HE. Perlubet hunc hominem colloqui. Ergasile.
 ERG. Ergasilum qui vocat?
 HE. Respice.
 ERG. Fortuna quod tibi nec facit nec faciet, me iubes.
 sed quis est?
 HE. Respice ad me, Hegio sum.
 ERG. Oh mihi, 835
 quantum est hominum optumorum optume, in tempore advenis.
 HE. Nescio quem ad portum nactus es ubi cenes, eo fastidis.
 ERG. Cedo manum.
 HE. Manum?
 ERG. Manum, inquam, cedo tuam actutum.
 HE. Tene.
 ERG. Gaude.
 HE. Quid ego gaudeam?
 ERG. Quia ego impero, age gaude modo.
 HE. Pol maerores mi antevortunt gaudiis.
 ERG. [Noli irascier] 840
 iam ego ex corpore exigam omnis maculas maerorum tibi.
 gaude audacter.
 HE. Gaudeo, etsi nil scio quod gaudeam.
 ERG. Bene facis. Iube –
 HE. Quid iubeam?
 ERG. Ignem ingentem fieri.
 HE. Ignem ingentem?
 ERG. Ita dico, magnus ut sit.
 HE. Quid? me, volturi,

- Denn von allen Menschen lebt kein Mensch, der glücklicher
 als er!
 (Geht zu Hegios Tür.)
 HE. (für sich) Was für eine Freude ist das, die mir der so freudig
 schenkt?
 ERG. (klopft) He, wo seid ihr? Ist hier jemand? Öffnet einer mir die
 Tür? 830
 HE. (für sich) Der begibt zum Mahl zu mir sich.
 ERG. Beide Flügel öffnet mir,
 Ehe ich sie in Stücke klopfe und den Garaus ihr bereit!
 (Gesungen.)
 HE. (beiseit) Ich möchte den Mann gern sprechen. (Laut) Ergasilus!
 Wer ruft nach Ergasilus da?
 ERG. So blick doch her!
 HE. Was dir Fortuna weder tut noch wird, willst du.
 ERG. Doch wer ist's.
 HE. Blick dich um! Hegio bin ich!
 ERG. (wendet sich zu ihm um) Oh! 835
 Aller Besten Bester du auf der Welt, kommst zur rechten Zeit!
 HE. Im Hafen fandst du irgendwen für ein Mahl: daher dein Dicktun?
 (Sprechvers.)
 ERG. Gib die Hand!
 HE. Die Hand?
 ERG. Die Hand, sag ich. Gib sie sofort!
 HE. Da nimm.
 ERG. (gratuliert) Freu dich!
 HE. Was soll ich mich freuen?
 ERG. Weil ich's dich heiße; los, freu dich schon!
 HE. Pollux, Schmerzen überwiegen meine Freuden.
 ERG. <Keineswegs!> 840
 Gleich vertreib ich alle Flecken dir der Schmerzen aus dem Leib.
 Freu dich denn beherzt!
 HE. Ich freu mich, wenn ich auch nicht weiß, warum.
 ERG. Recht so. Gib Befehl –
 HE. Befehl?
 ERG. – dass man ein Riesenfeuer macht.
 HE. Riesenfeuer?
 ERG. Freilich: groß soll's sein.
 HE. Was denn? Du Geier meinst,